Cerchlinska tenden' inter metas Zakrowska et Nbles Martini Wygonowski iacen' Item in alio campo Medium Mansum incipien' a via Cerchlinska adgranicium Bielanska tenden' inter metas ut supra iacen' Item in tertio campo Medium Mansum incipien' a granicie Andrzanska adgranicium Bielanska & Olszniaka tenden' inter metas eiusmodi iacen' cum agris pratis et Silvis ac singulis utilitatibus fructibus pertinentiis attinen' et spectan' Nihil exceptis in Summa Triginta floren' Polon' ad redemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione Nlem et Nbles suos offerente acceptandam dat et admittit. Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium et eius posteros occurrere Compescere ab Omni impedimento uniusque quarumvis personarum spiritualium et secularium toto tempore tenutae eiusmodi toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere Illosque per se et per submissas personas non inquietare sub Vadio Simili alterum Triginta floren' Polon' Et Coram officio Castren' Sochaczen' peremptorie responsione Omnibus iuris remediis et defensionibus se et suos successores sibi abscindendo et abrenunciando.

Pulaska Assecuratio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren' Capitan' Bransken' personaliter comparens Nbilis Matheus olim Boleslai Markowski de Wolka Markowo sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nbli Catherinae filiae olim Benedicti Mystek Pulaski coniugi suae tymd ... dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in Omnibus bonis suis Mobilibus et immobilibus ubivis locorum consisten' Summam Centum floren' Polon' monetae certae veri et liquidi debiti per se suosque successores suos solvendam inscribit et assecurat Sub Vadio Simili alterum Centum floren' Polon' in defectu solutionis ad solvendum succumbendo. Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptorie responsione Omnibus in Universum iuris remediis se et suos successores sibi abscinden'.

Budnicki, Puchalski, Kowalewic et L. Pecka Mutua Emissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren' Capitan' Bransken' personaliter comparentes Nbles Martinus Budnicki Rector Nomine suo et Nbilis Catherinae Zakrzewska Martinus Puchalski Cantor Daniel Kowalewic claviger Nomine suo et Nbles Lucas Laskowski famuli Rndi Leonardi Moczydło Plebani Dąbrowien' a quo de ratis et gratis cavent ab Una Et Laboriosus Gregorius Pecka de Dąbrowka subditus Nbilis Joannis Ksawerii Zakrzewski partibus ex alia Sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo interesse recognovit. Quia ipsi se se mutuo et invicem de Vulneribus sibi ac confratribus absentibus ac olim Laboriosae Helenae Matri confratis Gregorii Pecka illatis actionibusque quibusvis ac pretensionibus hucusque habitis ob initam Concordiam remittunt quietant et liberos faciunt Actiones Obductiones Vulnerum cum hic eorum effectu cassant perpetuis temporibus.